



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

4. Quo pacto deceptis ultra dimidium iusti pretij subueniatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

Barbat. cap. cum casum numer. 11. de empt. & vendit. Alexand. in leg. si quis arbitrari. num. 2. ff. de verb. obligat. censent concedere actionem vt contractus rescindatur. vt inaequalitas reparatur. Ducuntur argum. leg. vnde si nouus ff. pro socio, ibi: iudicium arbitri qui in secunda parte laedi rescinditur. Ergo etiam rescindi debet contractus, in quo procurator laedit. Hanc sententiam in procuratore constituto ab homine, sed non a lege, vt est administrator admittit Aretin. consil. 126. & Ant. Gab. commun. tit. de emp. & vendit. conclus. 1. n. 28.

Sed longe veritas est ob laesionem intra dimidium ex contractu per procuratorem initio non dari actionem. Vti docuerunt Patronit in capit. cum casum numer. 5. & Anton. But. numer. 25. de empt. & vendit. Pinel. leg. 2. Cod. de rescind. vendit. 2. p. capit. 1. num. 1. Padilla numer. 66. Cagnolus numer. 166. Fachinus lib. 2. controuers. cap. 29. post princ. Matien. leg. 1. gloss. 8. numer. 13. tit. 1. lib. 5. compilat. Ratio est quia nullibi habetur ob laesionem intra dimidium a procuratore factam contractum rescindi. Ergo seruanda est regula generalis leg. 2. Cod. de rescindenda vendit. ob laesionem infra vel extra dimidium actionem concedentis. Praeterea id conuenit ex leg. si voluntate. Cod. de rescind. vendit. ubi filius nomine matris venditionem celebrauit, & tamen in fine illius legis dicitur venditionem non rescindi nisi minus dimidia iusti pretij quod fuerit temporis venditionis datum esset.

Neque obstat lex vnde si uernus ff. pro socio, in qua arbitrium illius qui vt bonus vir eligitur iudicaturus rescinditur ob minorem laesionem dimidia partis, quia non iudicatur vt bonus vir, ideoque ad arbitrium boni viri iudicium reuertitur. Secus est in procuratore qui si ignarus & imprudens constituitur, constituitur impudendum est leg. cum mandata §. r. ff. de Minorib. Praeterea quod constituitur procuratorem praescribere ei potest modum agendi, & contrahendi, quod tamen in arbitrio facere nequit.

Si vero procurator venditoris, & emptor fuerint in dolo, nullus est contractus, neque in emptorem transferitur dominium, sine fuerit procurator pecunia coactus, siue gratis fecerit. Vt habetur leg. qui sum. §. procurator in fine. ff. pro socio, & aduertit Matienzo, leg. 1. gloss. 8. num. 16. tit. 1. lib. 5. compilat. Quando autem procurator fuit in dolo, animo fraudandi dominium, cuius fraudis emptor particeps non fuit, transferatur viuacipiendi conditio, sed non dominium. Vt constat ex dicto §. procurator in prim. At si dolus non ex parte procuratoris, sed emptoris interuenit, eodem modo rescinditur contractus, ac si cum ipso domino inius esse.

Quod si per substitutum a procuratore laesio facta fuerit contractus dissoluitur, quia nullus est. Non enim procurator in contractu venditionis substituere potest nisi in mandato expressa fuerit forma venditionis, & pretium. Vt dixit Barr. in l. g. in suscipione §. ad suum ff. de diuers. & tempor. l. praescript. Iason. in leg. 1. ad finem. ff. de officio procurator. Caes. Pinel. in dicta leg. 2. Cod. de rescind. vendit. 2. p. n. 17. Matien. leg. 1. gloss. 8. n. 17. tit. 1. lib. 5. compilat.

Quarto si laesio intra dimidium contingat in assumptione dotis tenentur plures quos tenet, & sequitur Pinel. in d. leg. 2. Cod. de rescind. vendit. par. 1. cap. numer. 9. & 18. Ant. Gab. commun. opinio. de emp. & vendit. conclus. 1. numer. 33. Fachin. lib. 2. cap. 29. post media actionem concedi. Ducuntur ex leg. iure succursum ff. de iure dotum ubi si in dote datus circumuentus sit alterter, & maiori annis 25. succurrendum est, quia bono & aequo non conueniat aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum sentire per alterius uictum. Et in leg. si res estimata §. 1. ff. eodem. ibi: si mulier se dicat circumuentam minoris res estimasse vt pua seruum, siquidem in hoc circumuentura est quod seruum dedit, non tamen in hoc quod minoris estimauit in eo actuum, vt seruus sibi restitueretur. Eadem vero si in estimationis modo circumuentura est erit arbitrium mariti verum iustum estimationem, an potius seruum praestet, & in leg. si circumscripta. Cod. soluto matrimonio. ibi: Si circumscripta matre vestra viliori pretio dotali res estimatae sunt, qui duxerit huiusmodi contractum vitio statum sit vulgo parer, & paucis interiectis. Si autem etiam maritus in estimatione grauatum se alleget, veritate examinata non amplius quam iustum pretium restituere compellitur. Ex his ergo legibus sic haec sententia laudatur, haec leges vt concedant actionem ad inaequalitatem reparandam non exigunt inaequalitatem esse ultra dimidium iusti pretij, sed solum quod laesio interueniat, & maritus grauatum se sentiat, & rationi consonum sit, cum alterius damno quod lucratur. Quae omnia in laesione ultra dimidium procedunt. Neque obest quod leges verbo circumuentio, & circumscriptio vtiuntur, quia esto aliquando laesioem cum dolo significent, saepe tamen laesionem abique dolo contingentem denotant l. g. in causa §. penult. ff. de Minoribus & leg. si pretio §. vlt. ff. locati. Neque item obstat quod coniuges in hac parte a communi regula requiruntur excessum ultra dimidium excipiantur, quia coniuges cum sint vna caro, longe ab eis abesse debet omnis laesio, & deceptio.

Haec sententia tanquam communis sustinenda est, nisi Ferd. de Castro, de iust. & iure. Pars II.

lominus inspecto iure communi probabilis est sententia negans actionem ex laesione intra dimidium in rerum dotalium estimatione, quam tradiderunt Fulgosius in dicta leg. 2. numer. 2. Cod. de rescind. vendit. & ibi Cagnol. numer. 63. Saicet in leg. si res estimata §. 1. ff. de iure dotium. Rebuff. de resciss. contract. ar. unico. gloss. 15. num. 13. Mouet, quia exceptio a communi regula inducenda non est, nisi iure, aut ratione manifesta comprobetur; at ex praedictis legibus non colligitur manifeste concedi actionem ex laesione, & grauamine intra dimidium, sed solum concedi actionem ex laesione, & grauamine, cum id bono, & aequo conueniat, quae verba indifferencia sunt, vt concedatur actio ex laesione intra dimidium vel extra. Ergo exceptio a dispositione leg. 2. & leg. si volun. a. Cod. de rescind. vendit. expressa in iure non est. Maxime cum verbum circumuentio, & verbum circumscriptio dololum deceptionem frequentius denotent. leg. 1. vlt. circumscriptendum. ff. de Dolo. Ex alia parte non est vlla ratio efficax, nam et lo inter coniuges magis dececat deceptio, quam inter alias personas ob iustitiam eorum coniunctionem, sic magis dececat, vt inter ipsos lites multiplicentur, vt pote quae paci, mutuoque amori non leuiter obtinet.

Dixi notanter inspecto iure communi: nam attento iure nostro regio in leg. 16. tit. 1. par. 4. manifestum est ob quamlibet grauem laesionem etiam intra dimidium iusti pretij factam in estimatione rerum dotalium dari actionem. Vt probat Anton. Com. l. g. 50. tauri n. 44. Gregor. Lopez ad d. leg. 16. Matien. leg. 1. tit. 1. lib. 5. compil. gloss. 8. n. 2. 1.

Quinto si minor 25. annis fuerit in contractu intra dimidium deceptus competit ei remedium iuris restitutionis in integrum ex actione minoris aetatis, iuxta rerum tit. ff. de minorib. & Cod. de integritate restitut. Vti satis indicatur teste Azevedo, lex 2. tit. 1. lib. 5. noua compil. illis verbis. si fuerit maior de veynte y cinco años, quali dixeret si fuerit menor de veynte y cinco non est opus laesionem esse vltra dimidium, nam quomodocumque coningat beneficium restitutionis habet.

§. I V.

Quo pacto decepti vltra dimidium iusti pretij subueniatur?

- 1 Remedio leg. 2. Cod. de rescindenda vendit. succurritur venditori decepto.
2 Item emptori.
3 Actione ex empto & vendito intentandum est hoc remedium.
4 Libellus alternatiue instituendus est.

Constat ex leg. 2. Cod. de rescind. vendit. venditori decepto infra dimidium iusti pretij agere posse ad rescindendum contractum, vel nilum ad aequalitatem redigendum, prout deceptor gratius fuerit, inquit enim textus. Rem maioris pretij, si tu, vel parer tuus minoris pretij distraherit, humanum est, vt vel pretium te restituente emptoribus fundam venundatum recipias, vel si emptor elegerit quod deest iusto pretio recipias. Minus autem pretium esse videtur, si nec dimidia pars veri pretij soluta sit. Iustum vero pretium iudicandum est ex tempore venditionis, non traditionis, vt inquit lex si voluntate. Cod. de rescind. vendit. ibi, nisi minus dimidia iusti pretij quod fuerit tempore venditionis datum esset.

Et licet in dictis legibus nulla mentio facta sit emptoris, ideoque non defuerunt Doctores, qui negarent emptori beneficium concessum in d. leg. 2. Cod. de rescind. vendit. communis tamen sententia quam refert, & sequitur Ant. Gom. 2. var. cap. 2. numer. 21. Azevedo leg. 1. tit. 1. lib. 5. noua compilat. num. 1. & ibi Matien gloss. 3. num. 2. dictum beneficium legis 2. ad emptorem extendit. Nam cum aequo emptor, ac venditor ad contractum concurrant, si venditori laesio succurritur, etiam emptori succurri debet. Tum vt aequalitas seruetur. leg. prouidendum. Cod. de postulan. leg. si cum dies §. penult. ff. de arbitris. Cum ne contractus clauderet contra Tertium in leg. Iulianus. §. si a pupillo ff. de actionib. empti. Atque ita deciditur leg. regia 1. tit. 1. lib. 5. noua compilat. & l. g. 56. r. 1. par. 5.

Sed dubium est qualiter hoc remedium leg. 2. Cod. de rescind. vendit. intentari debeat. Nam alij censent officio iudicis, sicuti indicant illa verba eiusdem legis, auctoritate iudicis interueniente, Alii videntur intentandum esse conditione ex lege, quia omnis alia actio videtur deficere. Sed rectius communis sententia docuit actione ex empto, & vendito intentandum esse. Sic Glossa & Barr. in dicta leg. 2. Cagnol. numer. 41. Fachinus lib. 12. controuers. cap. 31. Nam et lo ex hoc contractu non oritur actio, vt contractus rescindatur praecise, oritur tamen, vt rescindatur, vel ad aequalitatem redigatur quoties ex contractu oritur actio, vt rescindatur, agi potest actione ex empto, & vendito. leg. ex empto. §. si quis virginem. ff. de actionib. empti. leg. vendit. 2. ff. eodem. leg. 1. Cod. eodem tit. Ergo etiam cum contractus rescindi potest, aut ad aequalitatem reduci. Praeterea in dicta leg. vendit. 2. ff. de actionib. empti. & leg. 2. Cod. eodem.



eadem, dicitur actionem venditi non facile dari ad rescindendam venditionem. Sentiit ergo Textus aliquando dari, nimirum cum est lesio ultra dimidium.

4 Hinc inferitur libellum alternatiue rescissionem, vel illius ad aequalitatem reductionem, prout conuenio gratius fuerit. Quod si non alternatiue, sed determinate petendo rem instituitur, non obinde adimitur consensio electio, neque impeditur iudex quin alternatiue sententiam proferat. Vti probant Anton. Gomez. d. cap. 2. num. 21. Pinel. in dicta leg. 2. par. 3. cap. 3. numer. 9. & seqq. Padilla numer. 38. Matien. leg. 1. tit. 1. lib. 5. n. 1. seqq. & Azuero ibi num. 24.

Verum si venditor prius intenterit actionem rei vendicationis, & emptor instrumento emptionis se defendat, cui defensionis venditor se opponat allegando lesionem ultra dimidium, impeditur poterit ab emptore, eo quod primam actionem intentatam relinquat, & notam instituat priori contrarium contra leg. edita. Cod. de edendo. Attamen si huic secunda actioni pars non se opponat, vel priori actioni venditor renouauerit solutis expensis non impeditur quin hanc secundam actionem, vt rescindatur contractus seu ad aequalitatem reducat, intenter. Sicuti aliis relatis aduertit Matienzo dicta leg. 1. gloss. 5. n. 5. tit. 1. lib. 5. compilar. Et in nostro regno res est indubitata, cum veritati probationis, non errori processus standum sit.

§. V.

An beneficium legis 2. Cod. de rescind. vendit. locum habeant in venditione ex decreto Iudicis?

- 1 Negarunt plures.
- 2 Contrarium asserunt grauissimi Doctores.
- 3 Deciditur quastio, & approbatur affirmatiua pars.
- 4 Fit satis opposito fundamento.
- 5 Temperatur cum venditio fit inuito debitore, & compulsis emptoribus.

1 Non leuis est inter Doctores controuersia inspecto iure communi, an beneficium legis 2. Cod. de rescind. vend. locum habeat, cum venditio auctoritate Iudicis celebratur? Nam Bartol. in l. 1. n. 4. & ibi Ioann. de Plarea n. 2. Cod. de praedijs decurion. lib. 10. Angel. in leg. preia rerum. n. 3. ff. Ad leg. Falcidiam. & in leg. 1. n. 2. Cod. de praescript. 30. vel 40. annor. & in repetit. leg. sciendum. n. 12. ff. de verbor. obligat. & conf. 142. circa finem Decius conf. 2. 40. post n. 8. Paul. Castren. in dicta leg. 2. n. 5. & alij quos refert Ant. Gab. commun. opin. tit. de empt. & vendit. concl. 1. n. 47. negatiuam partem teneant. Ducuntur ex dicta leg. 1. Cod. de praedijs decurionum, lib. 10. cuius haec sunt verba. Ita enim fiet, vt nec immoderatus venditor, nec emptor cuiuscumque sit conditionis inueniatur iniustus; & paucis interiectis text. Denique nihil erit postmodum, scilicet decreto Iudicis interveniente, quo venditor vel circumuentum se insidijs, vel oppressum praesentia comparatoris queri debeat. Quandoquidem sub hae actionum, & de necessitate distrabentis, & de voluntate patuerit comparantis. Ex his ergo verbis inferitur nec venditorem allegare posse coactionem, vel deceptionem aut vllam iniustitiam. Cuius ratio est, quia stante iudicis auctoritate omnia praesumuntur legitime & rite facta. Vt probat Alciat. de praesumpt. reg. 3. praesumpt. 10.

2 Nihilominus contrariam sententiam scilicet remedium leg. 2. locum habere etiam in venditione ex decreto Iudicis facta, vti communiter fit in publica subhastatione firmarunt grauissimi Doctores. Glossa in d. leg. 2. Cagnol. num. 158. Padilla numer. 30. Cremen. n. 108. Pinel. 2. p. cap. 2. num. 18. & 25. Anton. Gorn. 2. var. cap. 2. numer. 23. Rebuff. de resciss. contract. ar. unico. gloss. 15. numer. 40. Matien. leg. 1. gloss. 9. tit. 1. lib. 5. noua compilar. & ibi Azuero numer. 31. post inir. Fachin. lib. 2. controuers. cap. 20. controuers. 2. & capit. 2. 1. Mol. disputat. 349. Salas tract. de empt. cap. 27. numer. 6. Menoch. de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 75. numer. 34. & alij plures apud ipsos. Ducuntur ex leg. si quidem. Cod. de praedijs minor. vbi minor laesus in alienatione rei immobilis qua auctoritate Iudicis praestanda est restituitur aduersus venditionem. Ergo etiam maior 25. annorum restitui poterit. Secundo Ecclesia si fuerit laesa ultra dimidium actionem habeat ex dicta leg. 2. vt comprobat manifeste cap. cum dilecti capit. cum causa de empt. & vendit. & tamen in alienatione rerum Ecclesiae, semper debet Iudicis auctoritas interuenire, ergo haec non obest beneficium legis 2. Tertio auctoritas Iudicis praestata, ne deceptio praesumatur, sed potius praesumantur omnia rite, & recte facta: at haec praesumptio non tollit quin si veritas manifestetur, & aperte constiterit deceptio non sit locus remedio dictae leg. 2.

3 Verum etsi inspecto iure communi aliqua dubitatio propter auctoritatem Doctorum contrarium asserentium esset, tamen auctore iure nostro regio 1. n. 11. lib. 5. noua compilar. pro certo habendum est ob auctoritatem Iudicis non impediti resequendum, leg. 2. Cod. de rescind. vendit.

Neque obstat fundamentum oppositae sententiae, nam interveniente Iudicis decreto non reperitur moderatus venditor, id est qui sine causa & moderatione vendat, neque etiam inuenitur emptor iniustus, id est qui per iniustitiam vi, vel dolo ad aequalitatem inducat, Nec item qui facile iniustitiam in ipsomet. contractu committat.

Praedicta tamen sententia temperatur iure nostro, leg. 6. tit. 1. lib. 5. noua compilar. in venditione quae fit auctoritate Iudicis inuito debitore & compulsis emptoribus, quod fieri non potest nisi ob delictum commissum, vel qua debitor non est solvendo. Vti latius expendunt Matien. gloss. 1. Azuero leg. 1. n. 31. & leg. 6. n. 3. Secundum temperatur in locatione, & conductione tabularum, & reddituum regiorum iuxta leg. 14. & 15. tit. 9. lib. 9. compilar. & aduertit Azuero d. leg. 1. n. 31. Gregor. Lopez leg. 5. tit. 5. par. 5. Item temperatur in venditione ab haerede iussu testatoris pretio ab ipso designato. Vti resoluit Tiraquel. de veritat. lib. 2. c. 1. in fine tit. post §. 36. n. 5. Azuero supra. Matien. plures referens leg. 1. tit. 11. lib. 5. gloss. 8. n. 58. quia reputatur donare voluisse quod amplius valet.

PUNCTVM VI.

An locum habeat dicta lex 2. Cod. de rescind. vendit. cum venditor conscius erat valoris, & aestimationis rei vendendae? Eadem quastio est de emptore pretium excessiuum concordente.

- 1 Negant locum habere saepe omnes.
- 2 Sed verior videtur sententia opposita.
- 3 Satisfit contrariis.

1 Negant habere locum fere omnes interpretes in dicta leg. 2. Batt. n. 14. Bald. n. 7. Salicet. num. 11. Cagnol. numer. 114. Matien. plures referens leg. 1. gloss. 8. numer. 55. tit. 11. lib. 5. noua compilar. Guier. pract. 99. quast. 144. Gregor. Lopez leg. 6. c. 6. verbo menos de la mitad. tit. 5. par. 5. & alij innumeri apud ipsos, & fauet maximè lex. 3. tit. 11. lib. 5. noua collect. vbi ab hoc remedio excluduntur artifices in sua arte periti, quorum ignorantia praesummi non potest. Fundamentum huius sententiae est, scien valorum rei venditae, eamque minus iusto voluntarie alienans censetur defectum remittere, & emptori donare iuxta leg. si quis debeat ff. de contrah. emptione. Secundo scien valorum rei allegare non potest se esse deceptum. leg. cum donationis Cod. de transactio. ergo vti non potest remedio dictae leg. 2. quae in fauorem eorum qui decepti sunt lata est. Et confirmatur ex leg. domum versu similibus modo ff. de contrah. empt. & leg. 14. tit. 5. par. 1. vbi si domus vendenda ante venditionem exulta sit, idque venditor, & emptor sciuerint nulla est venditio: si emptor conscius fuerit, & venditor ignorauerit, venditio tenet, & pretium solutum emptori non repeti, quia gratis donare visus est.

Sed contrariam sententiam veriore reputo vtpote aequiorem, & humaniorem, quam tradidit alios referes Pinel. in d. leg. 2. par. 1. cap. 1. n. 10. Sarmiento 1. scilicet. cap. 2. Fachin. lib. 2. controuers. 1. u. 2. varin. cap. 4. n. 2. in dicta leg. Mouet quia in dicta leg. 2. & leg. si voluntate Cod. de rescind. vendit. & cap. cum dilectis, & cap. cum causa de empt. & vendit. & aliis in quibus habet beneficij mentio fit, non restringitur dispositio ad ignorantes, sed generaliter fertur. Ergo sic sustinenda est. Maxime cum aequa ratio humanitatis vrgat, vt succurratur scienti ac ignorant. Vt significauit Glossa in leg. venditor. verbo queri potest Cod. de rescind. vendit. Alias ratio huic beneficio locus esset, cum quilibet praesumatur propriae rei aestimationem scire leg. quilibet Cod. de rescind. vendit. Neque valet dicere ex inmodica lesione ignorantiam praesumendam esse, nam vt experientia conuenit est facilius quis errat in modico pretio quam in summo, ideoque cum est lesio enormis nunquam ignorantiam praesumendam esse probauit Ant. Gabriel. tit. de empt. & vendit. quem refert & loquitur Salas c. 27. c. 8.

Rationes vero in contrarium non videntur. Ad primam rego donationem praesumi, alijs verbo emptionis non videntur, sed donationis, nec ita de pretio contendere, potius enim pretium debet ob necessitatem libidinem, vel leuitatem lesio permissa, quam ob liberalitatis affectum. Fateor tamen scienti, & conuolenti non fieri iniuriam, si plene liberè consentiat, quod non est in praesenti praesumendum. Praeterea scientia impedit actionem ex dolo ad rescissionem contractus, non tamen ex aequitate, & humanitate ob lesionem. Ad 2. desumptum ex leg. domum, respondebim euentu non repeti pretium solutum ab emptore sciente euentu esse combustam, quia conuincitur donasse, cum sciret nihil se emere, quae decisio trahenda non est ad contractus emptionis, & venditionis, in quibus interuenit.

